



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Eidem XXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](#)

num. vix enim credas, quo plus tumultuantur, me non in bibliotheca, sed omnium excipientem sermones, omnibus reddenrem, seria orationia agere. Credo oblitum saeuioris fortunæ animum ridiculis in tumultibus tanquam in portu conquiescere. Primum igitur Iliados librum transtuli, versibus aliquot non vulgaribus. Is si tibi videtur dignus amicitia nostra atque dignitate nominis tui, dono do, ut sit tuus pro xeniis. De Feronillo nostro erâ valde sollicitus. Quare, obsecro, me metu libera quamprimum. Speraram enim iam comitem studiorum Iusto Cæsari nostro. Sed si aliter sit, quæso nihil ad me scribito. mæreco iam. Tu vero esto vir. Vale.

## EIDEM. XXIV.

POSTRIDIE quam superiores literas dabam, cum Pontaco transagi nullo negotio, qui tametsi contra omne ius fasque multo me auro spoliauit: tamen quod cius manibus sum absolutus, videor maximum beneficium accepisse, tulisseque vindicias libertatis. Gratiam habeo tibi & Alesmio. ille de tua erga me benevolentia, studio, pietate multa & magnifica, & vt compertum

tum habeo , vera quare non committam,  
 ut qui me opibus, gratia , sapientia antea,  
 amore etiam superes. Illa tibi habeas satis,  
 huius magnitudinem incredibilem mihi  
 dona , eiusque ius relinquere homini animi  
 non contemnendi. Paulo antequam hanc  
 scriberem , Lapidanus inter deambulan-  
 dum ac disputandum more nostro dixit  
 Langium primarii vestri vocatu isthuc pro-  
 pediem venturum . Vobis multa ante hac  
 inuidetam. nunc etiam dolet mihi vestra  
 felicitas. Habituri enim estis virum tum  
 doctum, quod raro videmus hic , tum san-  
 ctum , quod nescio an aliquando. Laboro  
 valde sanc de vastitate literarum hic, tamet-  
 si mærorem hunc diluit Iacobus Teuius ,  
 cuius ingenium & candidum & argutum,  
 eloquentia & facilis & subtilis & composi-  
 ta , iudicium vero , quale scis a me etiam  
 ambitiose exigi in studiis nostris. Vale.

## MATVRINO ALMANDINO. XXV.

**C**v m ineridic pransi essemus , redditæ  
 sunt literæ tuæ , quæ tenuem victimum ,  
 orationis suauissimis condimentis com-  
 mendarent . nihil mihi videbatur gratius  
 fieri posse , quam si tua præsentia fruerer-  
 tant